



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 165. Alterum fœ inter Franciœ Regem, & Archiducem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

fremum hunc articulum acceptare non-  
 nihil tergiverarentur, eo quod hætenus Sæcul. XV.  
A.C. 1478.  
 apud illos Dux Sabaudiaë locum primi  
 Fœderati obtinuisset, nihilominus Calvi-  
 montius tantum apud eos auctoritate va-  
 luit, ut illi tandem Galliarum Regi hanc  
 quoque nominis prærogativam concede-  
 rent. Hujus quoque viri prudentia ac  
 dexteritate plures urbes ad Ludovici ob-  
 sequium rediere: quippe Dolam denuo  
 hostibus eripuit, incenditque: Aussenam  
 obsedit, atque ad deditionem compulit,  
 ac demum a Vesuntinis multo honore ad  
 urbem receptus est. His victoriis auctus,  
 totam Provinciam Regi subjecit, excepto  
 Jovii castro, aliisque duobus vel tribus  
 oppidis, quæ in fide Ducissæ Burgundiaë  
 persisterunt.

## §. CLXV.

*Secundæ induciæ inter Franciæ Regem,  
 & Archiducem.*

Archidux secundis hisce Gallorum co-  
 natibus impellebatur, ut ad aliquot  
 duntaxat menses inducias innovari pete-  
 ret, quæ etiam Atrebat, ubi Maximilia-  
 ni & Flandrorum Deputati convenerant,  
 in Mense Julio utrinque firmatæ sunt.  
 Cum interea quies aliquantulum ab armis  
 esset, Ludovicus cum Philippo Bressiæ  
 Comite Sabaudiaë Ducis Patruo foedus  
 pepi-

Sæcul. XV. pepigit, pollicitus, se constituta duodecim millium librarum pensione cessurum

A.C. 1478. Comiti in Galliis ditionem quamdam, quæ præter Comitis titulum etiam quatuor librarum millia redderet. Interea Sabaudia Ducissa hoc anno e vivis erepta est, quam ob rem Ludovicus curas suas ad hunc quoque statum extendit, ut Philiberti junioris Ducis Nepotis sui rebus prospiceret, ac Ducatus administrationi invigilaret, quamdiu esset in tutoris potestate præfatus Dux, Amadæi XI. filius, cujus obitum supra recensuimus.

*Vid. supra  
lib. CXIII  
§. CXLVI.*

§. CLXVI.

*Dissidia in Archiepiscopatu Colonensi.*

*Krantz. 12.  
Sax. 22.*

Hassia Landgravius Rupertum Coloniensem Archiepiscopum consentiente ipsomet ejus capitulo in vincula conjiciebat, eo quod pacis articulis, qui Novesii post obsidionem a Burgundo tentam sanciti erant, stare detrectasset. Captum etiam solido biennio tenebat, & quamvis Pontifex pro ejus liberatione sæpe, licet incassum, deprecaretur, nihilominus in vinculis vitam finire compulsus est: in hujus locum suffectum legimus Hermannum Hassia Landgravii fratrem, qui Novesium cum ingenti fortitudinis laude propugnauerat.

§. CLXVII.